Fragmentarium

natiuum numeri. et aucta re
publica a cesare dictus est augustus:
quodque in gloriam tanti principis
magna optimatum ambitione
percelebratum est: longa etate seruit
et ad imperium archadii usque
permansit. Tu autem.

R. Symon petre antequam de
naui uocarem te noui te et
super plebem meam principem
te constitui et claues regni ce
lorum tradidi tibi. V. Quodcumque
ligaueris super terram erit
ligatum et in celis et quodcumque sol
ueris super terram erit solutum et
in celis. Et claues.

Trehadio autem de medio fac
to: eudoxia uidua tamen brachio
christi imperium sustinuit. Quam
cum pene nullum uirtutis tran
siret uestigium: etiam iherosolimam

sce intentionis ardore...
est. Ubi et pio uoto sacie...
et optatis potiora ei gratia...
pietas adiecit. Nam quam plu...
romane maiestatis reuerentia...
est ei fuissent diligentiam. quida...
inter alios iudeus super toparion...
et aurum preciosas ferreas dona...
cathenas. Erant autem hee quibus
herodes petrum apostolum post pascha
producendum uinxit in carcere quas
angelus uultus sui igne et uer
bi sui claue disiecit. Has ue
nerabilis eudoxia romanis
opibus intulit gazas. medele
largas. curationumque scias.

R. Ego pro te rogaui petre ut
non deficiat fides tua et tu aliquando
conuersus confirma fra
tres tuos. V. Sy
mon ecce sathanas expetiuit
uos ut cribraret sicut triticum
ego autem rogaui pro te. Et tu aliquando.

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 9488, 65v – Breviarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-6dhw/3153/34526)